

- A** 4. *Psallite Domino, quibus ab illo benefactum est, celebrate memoriam sanctitatis eius.*  
 5. *Quoniam momentum in ira eius, vita in beneplacito eius: ad vesperam fletus, & mox manè latitia.*  
 6. *Ego verò cum prosperè haberem, dicebam: Non mouebor in seculum.*  
 7. *Domine in beneplacito tuo stabiliuisti monti meo virtutem: cum auerteres faciem tuam, eram conturbatus.*  
 8. *Ad te Domine clamabam, & ad Dominum meum precabar.*  
 9. *Quæ utilitas in sanguine meo, si descendero in foueam: num celebrabit te puluis? num annuntiabit veritatem tuam?*  
 10. *Audi Domine, & miserere mei, Domine sis mihi adiutor.*  
 11. *Conuertisti in tripudium luctum meum, resoluiisti saccum meum, circumdediti me letitia.*  
 12. *Propterea psallet tibi gloria mea, & non silebit: Domine Deus meus, in seculum celebrabo te.*

TITVLVS.

**T**itulus habet perspicuam inscriptionem, & rationem huius Psalmi, nimirum esse illum decantatum in dedicatione domus Dauidis, quam videlicet sibi Hierosolymis capta vrbe struxit: de qua videre est 2. Samuel 5. Cum ergo iam primùm inhabitaret & dedicaret, istum Psalmum composuit, & cantari fecit. Est autem coniectura in Psalmo, ægrotasse Dauidem graui morbo, antequam consumaretur domus: à quo morbo liberatus, cum iam prosperè domum dedicaret, non frustra laudes istas Deo decantabat. Fuisse autem morem inter Ebræos dedicandarum ædium tam priuatarum quàm sacrarum, in confesso est. Quomodo verò, & quib. ceremonijs eas dedicauerint, nihil opus est vt sciamus. Hoc tantum notandum est, piorum esse, vt etiam pro tali dono Dei grati fiant, & beneficium Dei agnoscant. Et alioqui in lege maledictionis loco minatur Deus dicens: *Deut. 28.* *munus ædificabis, & non inhabitabis eam: vt sciamus esse donum Dei, ædificatam iam domum pacificè inhabitare posse, & Deuter. 20.* iubetur è bello domum redire, qui domum nouam ac nondum dedicatam habet: ne si mortuus fuerit in bello, alius illam dedicet. Nos hodie conuiujs domos nostras dedicamus, præterea parùm expedientes diuinum beneficium. Non adeò malus mos esset, quòd gratulationis vice amici vel munuscula mittunt, vel conuiuio excipiuntur, si illud ex animo beneuolo fieret erga quemuis proximùm. Quid verò desit, scimus plus satis. Pauci sunt qui Dei munus agnoscant, atq; ideo pleriq; luxu plus quàm gentili ædes hodie struunt, pauperum oblitì. Non potest fieri, vt qui donum Dei gratus agnoscit, illo abutatur. Nos exigimus à liberis nostris, vt ad quoduis munusculum grati sint, idq; vel capitis denudatione, vel dextræ porrectione, vel genu flexione testentur, ad hoc vt sciant se beneficium accepisse, & acceptum bene collocent. Quare non idem erga cœlestem Patrem nostrum declaramus: Ex Eusebio discite, quæ fuerit olim ratio inter Christianos dedicandarum Ecclesiarum.

*Quoniam exaltasti me.* ] Ebr. *בִּי רָלִיתָנִי*. Græc. vulg. Lat. & Arabs: *Quoniam suscepisti me.* Hiero. *Quoniam saluasti me.* Pagn. *Quoniam exaltasti me.* Felix: *Quoniam eleuasti me.* Sic & reliqui, præter Tigurinam, quæ vertit: *Quòd me attriuisisti.* **LECTIO**  
*Verf. 1.*

*Viuificasti me.* ] Ebr. *חַיִּיתָנִי*. Græc. & vulg. Lat. *Saluasti me à descendantibus in lacum.* Hier. & Iustin. *Viuificasti me, ne descenderem in lacum.* Felix quoq;: *Viuificasti me, ne descenderem in puteum.* **Verf. 3.**

*Quibus ab illo benefactum est.* ] Ebr. *חֲסִידָיו*. Græc. & vulg. Lat. & Hier. & Felix: *Sancti eius.* Pag. & Iustin. *Misericordes eius.* Tigurina: *Qui experti estis bonitatem eius.* Sic & Camp. Felin. *Qui ipsi nomen dedistis, bonitatiq; studeitis.* **Verf. 4.**

*Celebrate memoriam sanctitatis eius.* ] Ebr. *חֲדַרְדָּרֵי*. Græc. & vulg. Lat. *Consiuemini memoria sanctitatis eius.* Sic & Hier. & Iustin. Pag. & Felix. Tigurina: *Celebrem reddite memoriam sanctitatis eius.*

*Quoniam momentum in ira eius.* Ebr. *בִּירְגֵעַ כָּאַפִּי*. Græc. & vulg. Lat. *Quoniam ira in indignatione eius.* Hier. *Quoniam ad momentum est ira eius.* Pag. *Quoniam momentum est in furore eius.* Felix: *Quoniam instans in ira eius.* Tigurina: *Nam momentanea est ira eius.* **Verf. 5.**

*Vita in beneplacito eius.* ] Ebr. *חַיִּים בְּרַצוֹנִי*. Græc. & vulg. Latin. *Et vita in voluntate eius.* Sic & Felix, & Pag. Hier. *In repropitiacione eius.*

*Domine in beneplacito tuo.* ] Ebr. *יְהוָה בְּרַצוֹנִיךָ*. Græc. & vulg. Lat. *Domine in voluntate tua præstitisti decorem meo virtutem.* Apparet istos pro *לְחַרְרִי* legisse per *דַּלֶּת* *לְחַרְרִי*. Nam *חַרְרִי* decorem significat. **Verf. 7.**

*Audi Domine.* ] Possunt hoc quoq; verf. Ebrææ linguæ gari certo argumento cognoscere, Ebræa *Verf. 10.* Biblia eo tempore, cum Græca & vulg. Latin. versio conflata est, punctis caruisse. Etenim si puncta tollas, hoc versu legi potest ad eum modum, quo verf. est à Græco & Latino interpretib. Receptis verò punctis, non item. Legunt autem illi sic: *Audiuit Dominus, & miseratus est mei, Dominus factus est adiutor meus.*

*Propterea psallet tibi,* Græc. & vulgata Lat. *Vt cantet tibi gloria mea.* Arabs habet: *Anima mea. Mea autem non est in Ebræo, sed simpliciter כְּבוֹד* gloria. Chald. *Propterea laudabunt te honoratiles Mundi.* Tigurina. *Propterea canit tibi quisque gloriam.* **Verf. vltim.**

*Et non silebit.* ] Ebr. *לֹא יִדָּם*. Græc. & vulg. Lat. *Et non compungar.* Reliqui verbum silendi habent.

B DIVISIO